Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



259

nunciare discipulis ei. nisi intellegam ipsos angelos ne
mini ausas fuisse aliquid dicere id est respondere ad ea que
a illis audierant aut certe custodibus; quos tacentes ui
derunt. Nam illud gaudium quod matheus commemorat non
repugnat timori de quo marcus dicit. Nebuum enim utrumque
in illa anima factum intellegere etiamsi ipse matheus de
timore non dicerat. Surgens ihc mane prima sabbati
apparuit primo marie magdalene. Hec apparitio quam
et ubi sit facta iohannes plenissime docet. Surrexit
autem dns mane demonumento nequaquam sero iam facto erat de
positus ut impleret illud psalmiste. ad uesperum demora
bit fletus et ad matutinum letitia. Sepultus est sexta sab
bati quod dicitur parasceue circa horam uespertinam sequenti nocte
ac die sabbati. cum nocte subsequenti in monumento positus.
sic die tertia id est mane prima sabbati surrexit. Non au
tem integro uno die in sepulchro et duabus noctibus; tacuit.
quod uidelicet lucem sue simplex mortis tenebris duplex nos
mortis absumpsit. Ad nos quippe uenit quia in morte spes
carnisque tenebam. una ad nos sua id est carnis mortem de
tulit et duas nostras quas recepit soluit. Si enim ipse utrasque
suscepisset nos nulla liberasset. Si una miscentur acce
pit et uiste utrasque dampnauit. Simplam suam duplex nos
tra tulit et duplam nostram moriens subegit. Apparuit
itaque primo marie magdalene de qua ejecerat septem de
monia. Illa uadens nunciauit his qui cum eo erant lugen
tibus et flentibus. Sic in principio mulier auctor culpe uiro
fuit. uir executor erroris. ita nunc quia prius mortem
gustauerat resurrectionem prior uidit. et ne penitus reatus
apud uiros oppbrium sustineret quia culpam uiro infuderat

.66.